

Caesar, de bello Gallico, I,3

Raum für Notizen

- 1 His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti
2 constituerunt ea,
3 quae ad proficiscendum pertinerent,
4 comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere
5 sementes quam maximas facere,
6 ut in itinere copia frumenti suppeteret,
7 cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare.
8 Ad eas res conficiendas
9 biennium sibi satis esse
10 duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant.
11 Ad eas res conficiendas
12 Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscepit.
13 In eo itinere persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano,
14 cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat
15 et ab senatu populi Romani amicus appellatus erat,
16 ut regnum in civitate sua occuparet,
17 quod pater ante habuerat;
18 itemque Dumnorigi Haeduo, fratri Diviciaci,
19 qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi ac
20 ut idem conaretur,
21 persuadet eique filiam suam in matrimonium dat.
22 *per facile factu esse*
23 illis probat
24 *conata perficere,*
25 *propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset:*
26 *non esse dubium,*
27 *quin totius Galliae plurimum Helvetii possent;*

28 *se suis copiis suoque exercitu illis regna cinciliaturum (esse)* _____
29 confirmat.
30 Hac oratione adducti
31 inter se fidem et ius iurandum dant et
32 regno occupato
33 per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse _____
34 sperant.